



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Thomae Młodzianowski, Polonie, Societatis Jesu,
Prælectionum Theologicarum Tomus ...**

De Metaphysica, Logica, Octo Libris Physicorum, Generatione, Corruptione
Et Anima

Młodzianowski, Tomasz
Moguntiae Et Dantisci, 1682

Index II. Conclusionum in Physica.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95667)

INDEX II.

Conclusionum in Physica.

TRACTATU I.

De Principiis & causis corporis Naturalis.

Sub quo nomine assignandum objectum Physicæ in Præmio.

DISPUTATIONE I.

De Principiis & causis in Comuni.

Quæ definitio Principii ut sic. Quæ definitio principiorum corporis naturalis. Quot hæc principia.

In definitione causæ ad quid attendi debet. Non rectè causa definitur per hoc quod sit principium per se influens esse, in aliud. Nec est id quod per se influendo producit essentiam. Nec est principium per se influens esse, in aliquid à se dependens. Nec est principium propter quod per se, seu virtute sua influens, sequitur aliquod esse. Rectius dicitur quod causa sit principium vi sua determinans ad existendum. Aliqui Doctores veriti sunt nomen principii dare Patri Eterno respectu Filii. Alii è contra docuerunt quod Filius pendeat à Patre. Græci passim tribuunt Patri nomen causæ. Sed Latina phrasis id respuit.

Causa, inadaquatè accepta non constituitur actione. Adæquatè tamen spectata in actu primo importat actionem possibilem.

Quidnam discuti solet quando queritur: An connexio causæ cum effectibus possibilibus sit essentialis. Aliqui concedunt omnipotentia hanc connexionem, non tamen relationem transcendentalem. Alii utrumque. Causa creata dicit Relationem transcendentalem ad effectus posibles. Sed & causa increata. De connexionione autem essentiali causæ cum effectibus possibilibus agendo, multa argumenta id non probant efficaciter. Sed & negativa sententia passim adfert argumenta non convincentia. Implicat contradictionem, ut effectus possibilis reddatur impossibilis, & è converso. Tamen hæc suppositio potest legitime formari. Impossibili omni effectui, causa specificativè accepta non redditur formaliter impossibilis. Imò & reduplicativè accepta causa non redditur tunc impossibilis formaliter secundum id quod dicitur in recto. Licet reddatur consequenter & arguitivè impossibilis.

Prædicatum prioritatis ed debitum causis.

Prioritas temporis non rectè explicatur per durationis antecedentiam. Quid illa. Quid prioritas? A quo & originis. In quo & naturæ.

Omni causæ convenit prioritas existentia. Ita: ut si aliquid non sit in se existens, vel in aliquo sui, hoc ipso non possit causare physicè.

Indistantia est etiam debita causis. Unde agens ut agat, debet per medium virtutem suam transfundere. Creaturæ possunt miraculosè agere indistans. Et Deus suo modo. Hæc approximatō effectus & causæ est talis, ut ab illa ad effectum, vel à negatione illis ad negationem effectus, non possit dari legitima subsistendi consequentia, per ordinem ad Deum. Habet tamen rationem Antecedentis licet non sit necesse, ut antecederet etiam instanti temporis.

Inter prædicata causæ, est distinctio ejus ab effectui. Possibile tamen est ut idem producat seipsum secundò. Variæ divisiones causarum.

DISPUTATIONE II.

De Causis in Comuni comparative spectatis.

Circa quæstionem, an duæ causæ eundem effectum causare possint, quis status quæstionis & quæ difficultas. Unus idemque numero effectus à pluribus solo numero distinctis causis potest naturaliter produci in iisdem circumstantiis. Supposita Divina ordinatione, una causa non potest producere effectus numero distinctos, aliis causis. Non potest fieri naturaliter ut duæ causæ totales eundem effectum causent idque totaliter. Possunt supernaturaliter.

Non datur mutua causalitas in eodem genere quoad primò esse. Cæterum postquam causa diverfi generis una, tribuit esse effectui, potest ab eodem recipere aliquam formalitatem, quæ non supponebatur antehabita.

DISPUTATIONE III.

De Principio intrinseco quod est Materia.

Quotuplex acceptio Materia. Quid definitivè Materia. Primò essentialis conceptus

Index II. Conclusionum in Physica.

ptus materiæ non stat in eo quod ei Forma suum effectum formalem tribuat. Nec in eo quia materia antecederet se habet & ei superveniat Forma. Nec in perfectibilitate. Nec quod sit actus entitativus. Aut quod sit determinabilis. Sed primò essentialis conceptus Materiæ est, quod sit subiectum quo non datur prius radicaliter sumptum.

Datur materia prima. Habetque propriam existentiam. Dependet tamen in existendo à Forma. Non quidem à priori. A posteriori tamen. Et quomodo hæc dependentia accipienda. Non est ulla demonstratio per principia positiva, quod naturaliter non possit existere materia sine omni forma, licet revera naturaliter existere sine omni non possit. Supposita diversa potentia, & actus acceptione. Supposito quoque aliud sit, Materiam esse puram potentiam, & aliud Materiam esse in pura potentia. Tenendum erit, materiam primam, non esse puram potentiam cum exclusione actus Metaphysici. Licet esse hoc potentia formaliter acceptum non sit de primo essentiali conceptu materiæ. Est tamen illi identificatum realiter. Materia ordinatur ad formas. Suntque illæ bonum materiæ. Et ea propter dicitur materia appetere formas. Respectu formarum possibile habet appetitum inefficacem etiam cum est sub forma aliqua. Sumpta autem cum dispositionibus ad talem formam, desiderat appetitu proximo omnes formas illius speciei. Qui appetitus secundum id quod dicit in recto, non magis appetit formam nobiliorem quam ignobiliorem, licet sumptus pro eo quod dicit pro connotato, magis appetat nobiliorem. Quantumvis autem haberet materia formam alias formas eminenter continentem, tamen, desideraret appetitu remoto cæteras formas. Materia corporum sublunarium est eadem specie. Possibilis tamen est alia materia specie distincta à nostrate. Licet implicet materiam nostratam plurificari specie. Non est ulla demonstrativa ratio, cœlos de facto compositos esse, supposito quod esset possibile corpus simplex. Nec demonstratur non esse compositos. Nec est convictiva ratio, quod cœli non habeant materiam specie eandem cum sublunaribus. Licet hoc ipsum non constet quod habeant specie eandem. Ingenerabilitas & corruptibilitas est etiam prædicatum materiæ. Sed in certa suppositione.

De causa materiali.

De causa materiali loquendo, non est illa idem quod materia. Definitivè est id ex quo aliquid fit cum insit. Materia respectu formæ

educibilis est vera causa. Sed non respectu compositi. Unio prout recepta in Materia non est causalitas Materiæ, in formam educitam. Nec est ipsa Generatio, prout dependet à Materia. Quid ista causalitas. Accidentia communia in sola materia recipiuntur. Aliqua accidentia eadem sunt sub utroque mutationis termino. Possunt tamen immediate in quantitate recipi. Defactoque recipiuntur. Accidentia spiritualia causantur materialiter à substantia spirituali. Quæ licet non possit esse subiectum naturale accidentium materialium. Potest tamen Divinitus illa recipere. Accidens spirituale non potest naturaliter causari à subiecto materiali. Potest Divinitus. Deus potest supplere defectum causæ materialis. Sed tantum in genere causæ efficientis.

DISPUTATIONE IV.

De Principio intrinseco, quod est Forma.

Definitivè Forma est ratio, quod quid erat esse. Dantur formæ substantiales. Illæ non præexistunt in Materia. Neque ratione alicujus esse inchoati. Educuntur tamen. Quæ educio non rectè per hoc explicatur, quod materia ordine durationis præcedat formam. Nec quod eadem actione fiat quæ fit compositum. Nec quod fiat cum dependentia à causa materiali receptiva. In quo ergo stabit Eductio.

Varia divisio Formarum. Non datur forma Corporeitatis. Nec sunt tot formæ quot illarum divisiones. Expenduntur argumenta pro formis partialibus. Et fundamenta negantium. Probabilius est formas partiales non dari. Duæ formæ totales non possunt actuare eandem materiam. Possunt duæ materiæ etiam adæquatæ, informari ab eadem forma Divinitus.

De Opposita forma Privatione. Privatio definitivè, est carentia formæ in subiecto apto, Quid illa prout subest nostris conceptibus? Quid in te. Distinctio privationum specifica, sumitur ex distinctis specie formis.

De causa formali. Definitivè causa formalis est; Ratio ipsius quod quid erat esse. Forma non causat materiam quoad ipsum esse materiæ.

Index II. Conclusionum in Physica.

Dat tamen illi esse actuati Physicè. Expulsionis terminus quæ expellitur forma præterita, non est non esse formæ absolute, sed non esse formæ in subiecto. Quæ expulsio, est simul cum introductione formæ sequentis.

De Principiis Extrinsecis.

Principium extrinsecum est causa efficiens. Definitivè efficiens est id, unde principium mutationis primum aut quietis. Sine entitate modali non potest salvari actio. Non est tamen formaliter modalitas. Admittenda est actio agens & acta. Actio & passio distinguuntur realiter. Actio antonomasticon accepta, non recipitur in causa. Nec in subiecto cui unitur terminus productus. Sed in termino producto. Unde nam specifica illarum distinctio accipitur. Itemque individualis.

Varia divisionis efficientis causa. Quid apud alios principale, quid instrumentale efficiens. Per nos principalis causa est, quæ respectu effectus, habet se ut quid primò & per se intentum, non intenditur sic instrumentalis. Possibile est ut accidentia, idque naturaliter producant immediatè substantia, tanquam causæ instrumentales. Et de facto ita producant.

Substantiæ immediatè emanant ex se aliqua accidentia. Respectu accidentium passi, accidentia agentis sunt causa principalis. Si ignis spoliaretur omni calore, non posset contraturaliter producere eundem in subiecto extraneo.

tum connaturale creandi. Sed est possibile instrumentum obedientiale ad creandum.

Motus successivus & tempus non potuit esse ab æterno. Implicat contradictionem, ut si Deus ponat aliquam creaturam permanentem ab æterno, possit successivè aliam secundam producere, & tamen ab æterno. Potest tamen ab æterno unam vel plures simul ponere creaturas permanentes.

Quid conservatio.

Concursus Dei cum creaturis non est, quid concomitans. Nec est in actu secundo spectatus quid indifferens.

DISPUTATIONE VII.

De causa finali &c.

Quid finis. Est causa realis. Causalitas illius, motio metaphorica. Actus antecedentes positionem mediorum, non sunt effectus proprii causæ finalis. Sicut nec actus immediatè versantes circa media. Sed effectus proprius finis, sunt media. Sine cognitione prævia non movet finis. Possibile est ut moveat. Quenam agant propter finem. Quæ divisio finis.

Quid exemplar. Consistit illud in conceptu objectivo.

Quid tenendum de natura & Arte.

TRACTATU II.

DISPUTATIONE VI. DISPUTATIONE VIII.

De Efficiente Increato.

Datur efficiens Increatum. Operationum illius, ad intra duo principia intellectus & voluntas. Operationum autem ad extra est Omnipotentia. Quæ est formaliter condistincta ab ipsa voluntate.

De Creatione. Possibilis est creatio. Quid definitivè est productio rei ex nihilo. Nec hæc definitio competit productioni verbi. Creatio activa non distinguitur à principio creante entitivè. Nec passiva à re creata. Creatio tamen passiva à creatione activa distinguitur realiter. Pleraque implicantia non ostendunt, quod creatura ut causa principalis creare non possit. Non est possibilis creatura, cui tanquam causæ principali competere possit creare. Non est possibile instrumen-

De ipso Composito.

Sine modali entitate ratio unionis salvari non potest. Non tamen Unio formaliter est modus. Sed est ipsa entitas materiæ, prout determinata ad esse materiæ in actu secundo, & ipsa forma prout determinata ad esse formæ in actu secundo. Modalis determinatio est nonnisi una in unoquoque composito. Eaque materialis.

Compositum à Materia, forma, & unione simul sumptis, collectivè non est distinctum realiter. Impossibile est compositum ex materia & forma spirituali. Compositum ex partibus, quarum neutra sit materia neutra forma, prout explicari solet est impossibile. Possibile tamen est corpus simplex.

TRA-

TRACTATU III.

DISPUTATIONE IX.

De Quantitate.

DE *Essentia Quantitatis*. Primò Essentialis Conceptus Quantitatis, non est conferre partes entitativas. Non tamen convenit illis partibus independenter à quantitate divisibilitas. Licet ipsa divisibilitas non sit primò essentialis Conceptus quantitatis. Sicut nec Impenetrabilitas. Sed primò essentialis ejusdem conceptus est, Extraneitas partium in ordine ad se. Casu quo auferret Deus quantitatem ab aliquo corpore, posset saltem Divinitus non tolli unio substantialis intercedens cum forma, nec unio continuativa: & tamen tunc non maneret extraneitas partium in ordine ad se. Occuparet autem tunc indivisibile spatium. Deusque non posset partes illas continere cum eadem extensione locali. Idque quantumvis Deus replicaret eandem materiam. Cæterum si possibilis esset modus extensivitatis materialis, consimilis ei, qualem habent Angeli: posset corpus occupare divisibile spatium, quantumvis spoliaretur quantitate.

De Definitione partium continui variæ, circa hoc auctoritates Aristotelis. Partes in continuo sunt distinctæ actu quoad entitatem. Non tamen in ratione partium formaliter. Partes continui in ratione partium formaliter, impossibile est distinguere quotiescunque distinguuntur non nisi secundum quid & vulgariter in ratione partium formaliter, distinguuntur. Quantitas accidentibus non est identificata. Nec substantia.

DISPUTATIONE X.

De Compositione Continui.

Explicantur variæ notiones terminorum. Non componitur continuum ex indivisibilibus. Componiturne continuum permanens ex partibus proportionalibus in infinitum divisibilibus. Quomodo per alios componatur continuum successivum. Quid si (sine præjudicio sententiæ melioris) dicatur ne quidquam esse ex quo actu componatur continuum, compositione de qua in præfati. Quid si dicatur in resolutione continui deveniendum tandem ad minima Physica. Consequenter si dicatur etiam continuum successivum ita resolvi. Quod minimum explicatur. Hujus minimi quæ distinctio ab indivisibili.

De Continuatione. Continuatio non fit per puncta continuativa. Nec est modus superadditus. Sed in recto, est ipsamet rei quantitatis pro

formali dicens, indistantiam cum negatione terminorum utriusque extremi.

De Terminis Quantitatis. Termini quantitatis non sunt puncta terminativa distincta realiter. Sed explicari debent per connotata.

DISPUTATIONE XI.

De Infinito.

Examinatur definitio infiniti ab antiquis posita. Infinitum est duplex. Consentunt omnes infinitum creatum in essentia non dari. Traditur definitio infiniti. Non potest illud clauditerminis.

Etiam supposita illius possibilitate non est fundamentum asserendi quod defacto detur.

Non est possibile infinitum categorematicum creatum. Nec infinitum in extensione. Mole, Numero. Intensione. Etiam posito quod possibile esset infinitum creatum, adhuc impossibile esset infinitum creatum, adhuc impossibile esset, poni omne possibile infinitum: nec est necessarius, nec possibilis numerus maximus finitorum. Datur Syncategorematicum. Non apparet implicancia in creatura, quæ non sit in infinitum multiplicabilis. Nec devenietur unquam ad creaturam perfectissimam. Infinitum Syncategorematicum in mente Dei, non est categorematicum.

DISPUTATIONE XII.

De Motu.

Quid definitivè motus. Non ille superaddit quidquam reale actioni & passioni. Quid motus localis. Motus, qui sit per se, non potest salvari sine entitate modali. Nō indiget illa, motus per accidens. Motus localis successivus non potest fieri in instanti. Quid de motu puncti sentiendum. Dividitur motus in tardum & velocem. Quæ causa hujus per alios. Assignatur causa. Quid tenendum de motu projectorum, quæ non nisi secundum modum violentiam habent. Probabile est impulsum esse qualitatem à projiciente productam. Motus resilientiæ causatur à corpore reflectente, licet pro conditione requiratur interdum modum projicientis. Mobile projectum quiescitne in puncto reflexionis?

Explicantur termini concernentes inceptionem & desitionem motus itemque status quæstionis. Ostenditur difficultas communis sententiæ. Inferturque formas substantiales & incompossibiles accidentales incipere intrinsecè & desinere extrinsecè. Ostenditur difficultas communis sententiæ circa inceptionem & desitionem rerum successivarum. Inferturque entia successiva incipere intrinsecè, desinere extrinsecè. Resolvuntur reliqua, inceptions & desitiones concernentia.

DISPU.

DISPUTATIONE XIII.

De Ubi, Duratione, Tempore.

Explicatur definitio loci extrinseci. De loco intrinseco discurrando, præmittitur non dari negationem negationis. Ostenditurque distantiam &c. non esse negationem negationis. Indistantia seu ubi, non est entitas superaddita. Interdum tamen præsentia localis non est sine modo, interdum est ipse modus sensu certo. Posito quod ubi esset entitas modalis, possibile esset manere locabile, sine ullo ubi modali. Non est possibile ut separaretur à loco id, quod, ubi, dicitur in recto. Non est possibilis creatura actualis quæ absolvat ab eo, quod suo modo importat Ubi in obliquo, ita ut absolvat ab omni præsentia. Unum corpus potest esse circumscriptivè in pluribus locis. Accidentia, quæ transacta replicatione contingunt in uno loco, non est connaturale, ut fiant in alio loco. Possibile est, ut in uno loco replicatus eliciat unum actum, & alium in alio, quamvis illi inter se respectu ejusdem subjecti & objecti, saltem naturaliter impossibiles sint. Replicatio non fit per actionem solam adductivam. Posita actione reproductiva, non est necesse superandi ullum ubi. Implicat ut salvetur replicatio sine re-

productione ejusdem Entitatis. Possunt esse Divinitus duo corpora in eodem loco.

Explicatur divisio in locum realem & imaginarium. Deus est extra cœlos in seipso. Deus est in spatiis imaginariis, si esse in spatiis imaginariis sit idem ac extra cœlum; si autem esse in spatiis imaginariis idem sit ac existere in spatiis, quæ noster intellectus fingit & imaginatur, in talibus spatiis: non est nemine cogitante.

Explicatur quid sit vacuum. Vacuum non potest dari naturaliter. Potest Divinitus. Quid sentiendum de motu locali in vacuo.

Duratio non est modus superadditus permanens, & qui totus simul positus faciat durare hominem cras. Nec est modus successivus. Duratio formaliter non est actio conservativa distincta, vi cujus existat creatura, sed est ipsa entitas prout coexistens his, tot, vel tot differentiis temporis, si eam respectivè accipias ad aliquid extrinsecum. Absolutè autem spectata, non formalisatur per coexistentiam cum tempore. Duratio absolutè spectata, est ipsa existentia rei permanens, vel ipsum rei esse non desinens.

Explicatur quid sit Tempus. Tempus Mathematicè acceptum, secundum quod tale existit solum fundamentaliter.

Explicatur quid sit Æternitas.





